



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Quæ iuratio sit grauior, an quæ sit per Deum, an quæ sit per creaturas,
vel per Euangelium. E

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

caput tuū. Iudeis: quasi paruulis, est cōcessū iurare per creatorē, & præceptum vt si iurare cōtingeret non nisi per creatorē iurarent, nō per creaturam, quia iurantes per angelos & elementa, creaturas venerabātur honore, & meli⁹ erat hoc exhibere Deo, q̄ creaturis. Infirmis ergo illud prohibuit: sanctis vero, qui in creaturis creatorē venerabantur tantum nō prohibuit. Vnde Ioseph per salutē Pharaonis iurauit, Dei iudiciū in eo venerat⁹, quo positus erat in infimis. Christi⁹ vero ita p̄ creaturas iurare prohibuit, ne vel aliquid diuinum in eis crederetur, pro quo reuerentia eis deberetur: vel ne p̄ ea iurantes falsū, homines se iuramēto teneri nō putarēt.

Quæ iuratio magis teneatur, an quæ sit per Deum, an quæ sit per Euangelium, vel per creaturas. E

Si a. quæritur, Quis magis teneatur, an qui per Deum, an qui per Euangelium vel per creaturas iurat? Dicimus, qui per Deum: quia per Deum hæc sancta facta sunt. Vnde Chryf. Si qua causa fuerit, modicum videtur facere qui iurat per Deum: Qui vero per Euangelium, maius aliquid fecisse videtur. Quibus dicendum est. Stulti, scripturæ sanctæ propter Deum factæ sunt, non Deus propter scripturas ita & creaturæ factæ sunt propter Deum.

Quid est dicere per Deum iuro. F

Hic quæritur: Quid sit dicere per Deū iuro? Hoc est testem adhibere Deum. Iurauit n. Apost. dicēs, Testis est mihi Deus: ac si dixisset, Per Deum ita est. Vnde Aug. Ridiculum est putare hoc, si dicas per Deum, iuras: si dicas, Testis est mihi Deus, non iuras. Quid est n. per Deum, nisi testis est mihi Deus: aut quid est, testis est Deus, nisi per Deum est iurare nisi ius Deo reddere, quando per Deum iuras? Ius, sc. veritatis, & non falsitatis. Item, Ecce dico charitati vestræ, Et qui per lapidem iurat falsum, periurus est: quia non lapidem qui nō audit, sed eius creatorem adhibet testem. Hoc est ergo iurare

Chryf. hom.

44. ad illud

Matth. 23.

Quicumque

iurauerit

per templū

tom. 2.

Rom. 1. 6

De verbis

Iacobi.

Aug. de ver.

bis Iaco. apo.

stoli ser. 28.

Quid a. non longe a

principio, 19

tom. 10.